

*NvK an den in Brixen versammelten Klerus seiner Diözese. Da er aufgrund der notorischen Gefahr für Leib und Leben nicht selbst nach Brixen kommen könne, beglaubigt er seine Gesandten Gebhard Bulach und Simon von Wehlen.<sup>1)</sup>*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, TLA, Codex Handlung (ebenfalls INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 41<sup>r</sup>-42<sup>r</sup> (zur Hs. s.o. Nr. 5265 Anm. 1).*

*Erw.: Jäger, Streit I 280; Vansteenberghe, Cardinal 186.*

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis, honorabilibus, devotis, dilectis plebanis, viceplebanis et divinorum cooperatoribus nunc in civitate nostra Brixinensi convocatis salutem in domino sempiternam. Quoniam nos ob notoriā insecuritatem persone nostre non possumus pro nunc ad Brixinam venire et vobis ea propter, quę per nos , vocati estis, per nos ipsos, uti summe optaremus, explicare; ideo necessitatē ad presens mittimus venerabilem dominum Gebhardum de Bulach<sup>2)</sup> decretorum doctorem, vicarium nostrum, canonicum Brixinensem, cui adiungimus venerabilem Symonem de Welen<sup>3)</sup>), similiter canonicum Brixinensem, quibus commisimus, ut nostras vices suppleant ac omnia per nos nunc vobiscum agenda compleant, quibus fidem uti nobis 10 volumus adhiberi, exhortantes vos, ut nobis utique qualicumque capiti vestro in hac iniuriosa et iniustissima persecuzione compati velitis et, que vobis insinuabuntur, mandamus efficaciter adimplere. Datum in castro Sancti Raphaelis die decimanona mēnsis februarii anno domini etc. millesimo quadragesimo quinquagesimo octavo.

---

<sup>1)</sup> Das Schreiben wurde am 22. Februar 1458 auf der Klerusversammlung verlesen; s.u. Nr. 5517.

<sup>2)</sup> Gebhard Bulach von Rottweil, Generalvikar des NvK.

<sup>3)</sup> Simon von Wehlen, Neffe und Rentmeister des NvK. Sein hier angeführter Kanonikertitel war umstritten; s.o. Nr. 4782, 4975.